

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XX

urn:nbn:de:bsz:31-97032

CAPUT XX.
DE HIRUNDINE.

IN omnibus fere regionibus Hirundines reperiuntur: tamen nec tecta Thebarum, quia saepissime captæ subire, nec Biziæ in Thracia propter sceleria Terei inveniti autor est *Plinius*. Frigoris sunt impatiensissimæ. Hinc *Claudianus*:

*Vel qualu gelidu pluma labente pruinu
Arboris immoriuitu trunko brumalis Hirundo.*

Vbi autem tempore hyemis degant, varie describitur. Certum videatur, in arborum cavis sepe suo calore glomeratim invicem adhaerentes fovere. In septentrionalibus autem plagiis, ubi praे frigore homines emoriuntur, in aquis residere, *Olaus Magnus Episcopu Vpsalensis*, relinquit. Et si multarum, ait, naturalium rerum scriptores memoriae prodiderunt, hirundines mutare stationes, hoc est, exurgente hyeme repetere terras calidores: attamen in septentrionalibus saepius casu piscatoris extrahuntur hirundines, in modum conglomeratæ massæ, quæ ore ad os, alâ ad alam, pede ad pedem, post principium autumni sepe inter caninas descensuræ, colliguntur, &c. Massa autem illa extracta, atque in aestuaria portata, caloris accessu hirundines resolutæ, volare quidem incipiunt, sed exiguo tempore durant, quia immatura acceleratione non liberæ, sed captivæ sunt reducæ. Ingentem illarum industriam Ægyptus ostendit. In Heracliotico enim Ægypti ostio, usque adeo molem continuatione nidorum vaganti Nilo inexpugnabilem opponunt stadii unius spacio, ut id humano opere perfici, vix posse credatur. *Plinius*. In eadem Ægypto juxta oppidum Copton, insulam esse ajunt Isidi factam, quam ne laceret amnis idem, muniunt opere, incipientibus vernis diebus, palea & stramento ostium eius firmantes, continuatis per triduum noctibus, tanto labore, ut multas in opere emori constet. Pulli earum cæci na-

scun-

tem, si phi
nata velut re
ndita appellat
bit cum cre
mades contra
tum auge m
qui elephan
tum in Mon
thes laetus Q
....
commis

DE

B X Haliae
habete un
num aleutum
per etiam pe
late, & in ea
quam immig
tannit, & il
avis est Ægy
ptul ac nota es
tas. Pluarchu
m proportione
cabitionem, id
nec auctor spon
rula. Cum &
minucia eran
torum, an
tare guidam
entur in verba
lum valit,
Marcelli. Loxia
inflaudinem
a Rubete fol

scuntur , si Philosopho & Plinio credimus ; ubi vero tardius visum recipiunt herba admota , Chelidonium quidam appellant , ei restituuntur . Coitus eis mirus . Nam cum cæteræ à majoribus descendantur , Hirundines contraria miscentur modo . Gesner . Corda eorum augere memoriam , si cum cinnamomo , & his quas elephaninas species nominant , fumantur , ex Hieronymo Montuo Medico Præstantissimo , audivisse se refert Iacobus Olivarius . Hinc Iohannes Vrinus .

----- Cor mandito amomis
Commixtum , ingenii via tibi major erit .

C A P U T X X I . D E H A L I A E T O , I B I D E , & L O X I A .

EX *Haliatis* , seu aquilis matinis , quidam dicuntur habete unum pedem aquilinum & aduncum , planum alterum anseris instar , eo ad natandum uti . Adipem etiam pretiosum in cauda continere , per aëta volare , & in eo veluti pendere , tum adipis aliquid in aquam immittere , à quo in pisces stupor , ut supini vertantur , & illorum capture , refertur à nonnullis . *Ibis avis* est Ægypto tam propitia , ut extra non vivat . Simul ac nata est , si perpendatur , duas ponderat drachmas . Plutarch . de avib . l . 4 . c . 9 . Majus illi cor quām ut proportione respondeat , intestinum nonaginta sex cubitorum , idque in Lunæ defensione comprimi , donec aucto splendore augetur , refertur *Gaudenius Merula* . Cum Arabica paludes pennarorum anguum mittunt examina , quorum tam citum virus est , ut mortsum , antè mors quādolor insequatur , sagacitate quādam ad hoc velut excitatæ , in procinctum eunt universæ , & priusquam terminos proprios malum vastat , in aëte occurasant catervis pestilentibus . Marcell . *Loxias* ratione rostri nullam cum aliis avibus similitudinem gerit . Hinc putatur Aristoteli incognita . Rubete solet pectora , collo & ventre , sed hyeme mutat